

imali putabat esse originem. Mulierē scilicet quādam sua sibi menstrua propinasse, vt ita ceu philtro quodam ad amorem aliceret, ab eo enim tempore, hoc malo se fuisse vexatum. Montan. volens succurre frigidæ huic depravatae ventriculi temperaturæ, quod s̄aepe iam purgatus erat, & sanguinis missione, & humorum euacuatione, etiam tutissimū iudicauit, vt hiera picra Galeni, quam ab Andromacha habuit, familiariter vteretur, quā tamen ita mutauit.

Hiera
montani

R. Aloes optimæ 3.x.3.ij.

Cinnamomi,
Asari,
Croci,
Cubebaruīn,
Macis,
Spicæ ana 3.ij.

Misce cū melle rosato, fiat magdaleon, de quo singulis vicibus fiat pillula vna, pondere scrupulij. Iuñeda hora ante cœnam. Hanc sumat singulis diebus, aut si alternis velit, sumat pro qualibet vice drach. viiiam. Iussit & vti victu laudabili & optimo, abstinere à frigidis, humidis & crudis: vti autem aromaticis, & iis, quæ crient bonam concoctionē, vinum eligere bene maturum, aromaticum, sed minimè potens, clarum, & tenuis substantiæ.

CONSILIVM CXCIX.

De magna ventriculi & omniū naturalium membrorum imbecillitate.

FVENIS quidam, qui tensiones habebat in utroque latere, & maximè dextro, querebatur de dolore ventriculi, & appetitu prostrato, & totius corporis debilitate, capitispq; doloribus, maximè cùm se mouebat, quod per consensum Montanus fieri arguebat. Vrinæ erat paleares, tenues, multæ, in quibus subsidebat plurimum materiæ subalbidæ, quæ plurimum pituitæ in corpore generari ostendebant, præterquam quod ex toto corporis habitu, & colore faciei satis appareret. Pedes & præcipue dexter, in qua parte maior erat tensio, interdum tumescabant, descendente eò materia. Montanus, quia tempus nō patiebatur, ad thermas cum mittere, quæ fuisset cura facilior, & magis velox, voluit vt singulis diebus acciperet pro syrupo.

R. Syrupi de marrubio,
De absinthio ana 3.j.

Sine aquis destillatis, vel simpliciter, vel in brolio pulli. Et propter imbecillitatē membrorum naturalium dicebat ei, vt à medicinis aliis abstineret, ne illi nocerent. Deinde tale emplastrum pro regione ventriculi, & omnium membrorum naturalium dedit.

R. Carnis dactylorum,
Cidoniorum ana 3.vj.

Olei de absinthio,
Mastichini ana 3.iiij.

Panis assati, & infusi in vino aromat. 3.iiij.

Misce omnia simul, & cū modico vini maluati eti fiat emplastrum in bona forma: quod si obam-

bulare volet, potest imponi facculo, de telā tenuissima, & ligari, ne cadat supra alia membra (alias simpliciter panem tostum infusum in maluatico, & aspersum puluere garyophyllorū, & mastiches adhibuit) Pro capitis vunctione.

R. Olei lil. alborum,

Camom. Amygd. amararum ana 3.j.

Vngatur vesperi à temporibus versus spatulas, quando vult ingredi lectum. Cū surget manē, masticet mastichen, & pituitam, quam educit, diligenter expuat: & vbi satis diu multumque expuerit, videat an per nares quoq; prouocare possit: & ad hoc accipiat betas, & maioranam, & decoquat in aqua, & expressum succum, cum modo laccari, leniter per nares attrahat, non nimis fatigans. Semel in septimana lauet caput, antecedam, cùm iam ædes non amplius egredietur: lxiuum dulce sit ex lignis vitium, in quo decoquatur, & post decoctionem fortiter exprimantur betonicæ, stœchados, maioranæ ana M.j. rosarum rubeorum m.s. in petia ligata, agarici electi 3.ij. panno seorsum ligato. Item sapo.

R. Ireos,

Garyophyllorum,

Nucis muscatæ,

Macis ana 3.j.

Agarici electi 3.ij.

Saponis Damasceni q. s. fiat sapo secundum artem.

Hoc faciat per 8. aut 10. dies, donec videatur, quid profecerimus, interea vtens bono victus regimine, bonis cibariis, & vino quidem mediocris, non tamen nimis tenui. Non comedat sine fame, nec inter cœnam & prædiū, & quantum potest fugiat cruditates.

Linimentum pro ventriculo, cuiusq; qui exiccarto corpore & ad hepticam declinare videbatur, ordinatum.

R. Olei amygdalarum dulcium,

Medullæ cruris vituli ana 3.j.

Mastiches 3.iiij.

Garyophyllorum 3.s.

Misce, & fiat linimentum pro stomacho, addendo modicum ceræ.

Alterum.

Carnes dactylorum contusæ, exprimantur, & succus vna cum puluere mastiches, garyophyllorum, galangæ, incorporentur cum oleo chamymerino, & maluatico, vel alio vino bono: fiat in forma linimenti, quo imungatur regio ventriculi, ita vt non tangatur hepar.

CONSILIVM CC.

De ventriculi magna imbecillitate.

MONACHVS quidā iuuenis ex studiis & sua illa victus ratione, nocturnis vigilis quoq; inciderat in magnā membrorum naturalium, & præcipue ventriculi imbecillitatē: ita vt flatus generaret plurimos, excitantes illi acerbissimos, & quandoque etiam colicis similes dolores, quibus səpissimè affligebatur toto triennio, colore nihilominus bonū habebat, qui hepar calidius esse satis ostendebat. Montanus hæc ei ordinavit.

R. SP

Euphrat